

Leges Et Statvta Academiae Rostochiensis : Anno MDCCL[] die []

[S.l.], [1750]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791265153>

Druck Freier  Zugang



Leges etc
Academiae Rostochiensis

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. ~~RIA 4~~

RIA 4

N. l. — 47. ^{1-69.}

54

LEGES ET STATVTA ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS.



Fides catholica S. Codice, Symbolisque cum Oecumenicis tum nostrae Evangelico-Lutheranae ecclesiae propriis, comprehensa, pie amplectenda. Nomen Dei nulla ratione profanandum. Sabbathum sanctificandum. Hinc quem cognoscemus religionis cultusque divini publici iniquum aestimatorem et minus amantem; quique post sex menses inde a suo accessu nondum elegerit sibi confessionarium; item qui a bonis omnibus male audit: ille absque multo protocollo, post solam annotationem ad acta, sub ea significatione quod nobis displiceat, hinc dimittetur. Quem vero cultum Dei publicum in templis turbantem cognoscemus, tecto quoque capite sine reverentia et cum strepitu versando, confabulando et similiter; gravior eum atque promptissima poena, et vel ad biennium relegatio, pro circumstantiarum ratione expectabit.

Haecce Lex displicentiae publicata d. 6. Decembr. 1734.

It. Edictum contra impietatem et immodestiam in templis d. 8. Apr. 1748.

II.

Reos se faciunt quocumque tempore, qui disciplinam academicam insuper habent. Gravior erit reatus, si nec Serenissimi Ducis Regnantis, et Personarum Principum, tum accessum, tum praesentiam ita reverentur, ut tranquillos se, sobrios atque modestos voce, vestitu, factis suis praebeant.

Exstant praemonitiones sub adventum Serenissimarum personarum d. 18. Mart. 1702. d. 18. Sept. 1743, et d. 2. Jun. 1748.

III.

Qui adversus magistratum, cui pietatem debebant, quidquam machinantur; et, qui ab illis sollicitati, vel spontanei in machinationes consentiunt atque conspirant; pariter et, qui non dubitant manus violentas inferre publice affixis, ea ut refigant lacerentve: illi, sine spe impetrandae veniae, publica relegatione, quin re ita postulante - cum infamia proscribentur.

Ita contra homines seditiosos et temerarios edictum d. 4. Jul. 1701.

IV.

Quisquis fuerit, qui vel temerario ausu alterum, vel acceptae iniuriae vindicandae ergo aggrediatur manu, baculo, flagello vel quocumque alio instrumento: poena ei erit parata, quam annuntiat edictum Ducale d. d. 25. Jun. 1751. programmata Academico publicatum d. 15. Oct. 1751.

Von Gottes Gnaden, Christian Ludewig,
Herzog zu Mecklenburg.

Unsern gnädigsten Gruss zuvor. Ehreveste, Wol- auch Würdige, Hoch- und Wolgelahrte, Liebe, Andächtige und Getreue! Wir ertheilen Euch, auf Eure, unterm 10. dieses übergebene unterthänigste Vorstellung und Bitte, um gnädigste Declaration Unsers Quell-Edicts in Ansehung der, auf hiesiger Academie studirenden Jugend, hiemit zum Bescheide, daß in vorfesslichen Quellen, sowol die Schläger, als deren Secundanten, und nicht weniger auch die Zwischenträger, welche sich zum Provociren gebrauchen lassen, oder sonst als Anheker betroffen werden, cum infamia zu relegiren, die andern Schlägereyen aber, die unter dem Nahmen Rencontres verübet werden, und dafür unverstellter Weise würcklich zu halten sind, mit einer dreijährigen Relegation



IIIV

gation bestrafet, übrigen auch im Grad der Strafe, grobe Schelt- Worte, den Rencontres, und thätliche Faust- Stock- und Peitschen- Schläge, den eigentlichen duellis gleich geschäget werden sollen. Und wie Ihr hierunter für Euch selbst zu dispensiren nicht ermächtigt, sondern zur Erhaltung guter Disciplin, allenthalben den Buchstab dieser Declarator- Verordnung zum Augenmerck zu nehmen schuldig seyd, so committiren Wir Euch hiemit in gnädigstem Befehl, daß ihr den hieselbst Studirenden, den Inhalt dieser Unser Declarator- Verordnung zu ihrer Warnung und Nachachtung auf gewöhnliche Art kund machen sollet. An dem geschiehet Unser gnädigster Wille und Meynung, und Wir verbleiben Euch mit Gnaden gewogen. Datum in Unserer Residenz- Stadt Rostock, den 25. Junii 1751.

Christian Ludwig, S. 3. M. mppr.

Praeterea quoque

1. Bombardarum, sclopetorum, et id genus aliorum, flammam globulosque emittentium, armorum usus, tum in urbe, tum in suburbis et circa horrea, sub graviore, quin etiam relegationis poena, interdictus.
2. Gladium famulo suo nullus, nisi eius rei pro Status, Gradus aut Officii ratione privilegium sit nactus, accingito.

Id quod Duces gloriosae memoriae sancivere olim, idem hodie clementissimus Pater patriae approbans confirmansque publice significatum voluit, ut quotquot terris mecklenburgicis oriundi litterarum studijs se mancipent, ad academiam omnino accedant patriam. Qui elegerint studium theologicum, per biennium; reliqui unius certe anni spatio aderunt. Hi omnes, ita se gerunt, ita scholas academicas frequentant, ita suis se moribus commendant, ut abituri publica testimonia ab ordine comperente petenda, accipiant. Praeterea, id quod ad reliquos etiam omnes attinet, quotquot ad Academiam nostram accedunt, iubemus;

1. Ut inscriptionem in matriculam universitatis intra octiduum apud Pro-Rectorem petant; neminique liceat vel collegia frequentare, vel Professorum Doctorumque hospitio studiorum vel simili de causa uti, nisi in matriculam sit scriptus.

2. Ut in studia diligenter incumbant omnes: feriandique tempora non magis, ac peculiari promulgatione concessum, extendant, otis illicitis sese dantes.

Legatur ducale edictum publicatum programmate d. 17. Mart. 1748.
Dicta peculiaris Promulgatio facta d. 17. August. 1750.

VI.

Qui dudum Academicarum commodo profligatus exulat pennialismus, barbarum nomen et omen, itemque nationalismus, una cum singulis quae invehit, malis, ultra ex coetu nostrorum facessat. Hinc, qui aut nominis aut rei quid tenter instaurare; qui Senioris titulum affectet, signum aliquod distinctivum in pileo vel veste ostendat, symposia nationalium speciem prae se ferentia parat, quique noviter adventantes aliosve subiugat, exagitet, pecunia et vel obulo emungat, quocumque id fiat praetextu: eum societate nostra academica indignum procul habebimus.

Vid. edictum d. d. 11. Sept. 1750.

VII.

Inconditi clamores boatusque, et omnis molesta iuxta ac indecens cantatio, tam in aedibus, quam in plateis omittantur. Devitandae grassationes nocturnae; nec frivole vexandi obviam facti, praesertim nec sexus muliebris, Abstinentum ferocia in feriendis gladio lapidibus; omnique petulantia eorum, qui nequitiis magis, quam lucubrationibus invigilant. Simulac delata, aut inquirendo comperta erunt eiusmodi hominum male feriatorum ac tenebrionum nomina, multam duorum ad minimum imperialium, praeter quod administris debetur, solvere tenebuntur. Idem ramen, si ferocius egerint, durioris etiam carceris, vel relegationis poenam incurrant.

Compar. Edicta hanc in rem repetita d. 1. Nov. 1742. et d. 11. Jun. 1748.

VIII.

VIII.

Cesset tandem aliquando pudenda fortitudo, quae lauream nemini, multis dolendam invenilis temeritatis memoriam, adtulit, scurrilis illa vigilum urbis sive criminatio, sive provocatio. Quodsi quis suae vel existimationi, vel saluti consulere, nesciet, ei nos, dato consilio abeundi, prospiciemus.

Vid. edictum contra vexatores vigilum d. 1X. Jul. 1741.

IX.

Bacchanalia interdicta. Trahis per nives vehi qui delectantur, sciant, id diebus dominicis festisque, Deo ad vesperam usque dicatis, non licere. Cautum et est lege atque repetitum, ne quis quocumque tempore, adhibitis larvis, formam alterius sexus, seque minus decentem aliam, nedum inhonestam personam turpemue induat. Contra agentes sentient, serio se admonitos et graviter.

Facit contra haec singula edictum d. VI. Januarii 1700.

X.

Si quis non invitatus, ingerat se obtrudatue, ubi celebrantur nuptiae, vel alia agitur sodalitas certorum, insignis haec immodestia poenam carceris adiunctam habebit. Plectetur autem ille hoc gravius, quo se immoderatus ibi gesserit.

Vid. edictum contra homines in nuptiis, et alibi molestos d. 9. Jul. 1741.

XI.

Nemo, neglecta decentis habitus verecundia, prodeat in publicum, vel per plateam, toga cubiculari indutus: nemo extra domum, fumanti fistula ab ore porrecta, vagerur. Profecto inuerecundiae huius morumque plebeiorum poenam in carcere luet quisque, in eandem vel per custodes publicos extemplo deducendus.

Admonitiones crebrius factae d. 20. Jul. 1733. d. 8. April. 1741. d. 11. Jun. 1748.

XII.

Praelectionibus docentis cuiusdam qui ultra XIII. dies interfuerit, ad soluendum ei ordinarium honorarium obligatus erit. Soluturque hoc ipsum intra proxime sequentes XIII. dies, jacturae securus, si culpa doctoris lectiones cessent, vel alia ratio legitimam compensationem postulet. Quem quidem praenumerandi morem, propter ingratos plurimos, stimulandosque alias socordes, et apud nos introductum, nemo docentium, neque suo ipsius, neque aliorum praedicio, temerabit, fultus, si rite curet, Pro-Rectoris potentia.

Ita tandem statutum et publicatum d. 17. Augusti 1759.

XIII.

Quum non omnes secum habitent, et curtam norint supellectilem suam, cautum est edictis, ne quis mercatorum ultra decem thaleros cuiquam credat. Artifices item, opificesque, et qui varia porionum genera, aliaque ad luxum comparata vendunt, caueant, ne summa crediti thaleros excedat quinque. Nec enim forum academicum illi alias, nisi frustra imploraverint. Videat autem quisque studiosorum agatque, ut fidem tueatur, et expediat nomina: immunitatem enim ac impunitatem sibi promiserit nemo.

Edicta illa recentius adfixa d. 1. Febr. 1745. et d. 20. April. 1747.

XIV.

Specimina nequitiae, hoc est, famosa carmina et pasquillos nemo edat, nemo diuulget; detestentur omnes. Quodsi homo nequam aliquid famosi emisserit, ab honestis supprimatur, et nostrorum quisque civium, quod in ipsius manus venerit exemplar, sine mora et sine descripta copia, si Numen veretur, Pro-Rectori exhibeat. Quod qui neglexisse fuerit convictus, is pro auctore, vel pro socio criminis habebitur: certe condignam iniqui receptatoris non declinabit poenam.

Publicatum ita contra famosos libellos d. 14. April. 1700. et plenius d. 3. Febr. 1735.

XV.

Si quis, convictor, vel alius beneficiarius publicus legibus atque edictis minus obtemperarit, is ipso facto excidet beneficio, salva reliqua poena.

Vid. Edictum contra tenebriones d. 1. Nov. 1742. quod et speciatim de fugiendis vespertilionum moribus beneficiarios monet.

FORMVLA RECEPTIONIS.

EGO N. IVRO et promitto, quod Vobis, Domino
Rectori Academiae Rostochiensis, et vestris in hoc of-
ficio Successoribus, obedire velim in licitis et honestis.

Et quod velim observare Statuta, mihi et meo ordini
praescripta, et in posterum per Academiam statuenda, et pro-
curare ac promovere bonum Academiae, quantum possum,
et quantum scio, **AD QVEMCVNQVE STATVM
PERVENERO.**

Et, si propter delictum per me commissum, aut propter
inobedientiam, a Rectore vel Concilio Academiae mihi man-
datum fuerit, ut me poenae certae subiiciam, aut intra cer-
tum diem ex hac urbe et Academia discedam, et ante termi-
num mihi praefixum non revertar, illi mandato absque con-
tumacia parebo, nisi super decreto illo, et termino mihi
praefixo, per Concilium, sive per Rectorem, mecum fuerit
dispensatum.

Nec etiam hinc discedam, nisi legitime satisfecerim Cre-
ditoribus et praesertim Praeceptoribus meis, aut eorum ex-
pressam obtinuerim voluntatem. Secus si fecerim, pro Ar-
resti violatore haberi volo, eo effectu, ut propter nexus, qui-
bus durante curriculo academico hic implicabor, ad forum
huius Academiae etiam per citationes edictales trahi ac pro-
pter contumaciam poenis affici queam solitis.

SIC ME DEVS ADIVVET!


Anno MDCCL die


Nomen suum Academiae huic Rostochiensi dedit et inscriptus est,
Magistratui fidem vitamque legibus hisce convenientem formula expressa
promittens

Dn.

RECTOR

Id quod hac scheda testatur modernus






IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, buntur, iis, qui mensa communi ab isto beneficio excludendis, inebriationes & tande oriundacacius impediuntur, abhinc pl

VI. Poenae legum tractata a Rectore & Concilio nec mino remittendae, sed ad tenore executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepibus incolarum vel personae & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & transcustodiae militari tradentur. Rector Academiae vel de e



acade-